

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.  
Fasciculus 36.  
Pagine 1440-1461.

Dominica v. post pascha.  
Ebdomada v. post pascha.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1 2010.  
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

## [Dominica quinta post pascha.]

1. **A.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 2. vespervas que erunt de apostolis [Philippo et Jacobo]<sup>1</sup> fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. ad matutinas fiat solennis memoria de jejunio primo, deinde de resurrectione, et missa de jejunio in processione dicitur. Ad 2. vespervas solennis memoria de sancta Maria cum ant. *Sub tuam.* et de resurrectione.

Feria 3. de S. Maria et memoria de resurrectione. Missa dominicalis dicitur in processione ubi fiat statio.

[143r.] 4. feria de cruce, ad 1. vespervas solennis memoria de martyribus [Alexandra Eventio et Theodulio]<sup>2</sup> et processio sed nulla memoria de resurrectione. Ad matutinas fiat solennis memoria de martyribus [Alexandro &c.]<sup>3</sup> cum ant. *Lux perpétua.* minor et deinde solennis memoria de jejunio. Missa de vigilia dicitur in processione. Ad 1. vespervas de ascensione fiat solennis memoria de cruce.

2. **A.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica et festum S. Johannis differatur in crastinum. Ad 1. vespervas in dominica fiat memoria de apostolo [Johanne ante port. Latin.]<sup>4</sup> et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de S. Johanne episcopo et confessore, omnia de communi. Ad matutinas fiat solennis memoria de jejunio et de resurrectione, et missa de jejunio dicitur in processione.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 4. de feria cum *R̄.* de 2. feria et *R̄.* de 3. et 4. feriis pretermittantur : nulla fiat memoria de martyribus [Gordiano et Epimacho]<sup>5</sup> nisi ad vespervas et ad matutinas de S. Maria. Missa dominicalis dicitur in processione.

3. **A.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica : processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄.* de 3. et 4. feriis. *R̄.* *Dicant nunc.* in eodem anno pretermittatur. Ad 2. vespervas de ascensione fiat memoria de S. Dunstano et de virgine [Potentiana]<sup>6</sup> sub silentio.

4. **A.** **¶** Dominica 5. post pascha de servitio dominicali. In laudibus omnes antiphone dicuntur. In processione ante missam *Sedit angelus.* cum versiculo.

Feria 2. de feria cum *R̄.* de 4. feria.

Feria 3. de S. Maria et in 4. feria dicantur *R̄.* de 2. feria cum *R̄.* *Dicant nunc.*

Feria 5. de ascensione et nichil de S. Urbano. Festum S. Aldelmi differatur usque in sabbatum. Ad 2. vespas de ascensione fiat solennis memoria de S. Augustino cum pleno servitio in crastino. Ad 2. vespas S. Augustini fiat memoria de S. Aldelmo et de octava.

5. **A.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica et memoria de sancto [Germane],<sup>7</sup> et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 3. et 4. feriis et *R̄*. *Dicant nunc.* pretermittitur. In 2. feria dicitur missa de jejunio in processione et nichil de S. Petronilla nisi ad vespas et ad matutinas de S. Maria.

1. **B.** **¶** Dominica 5. post pascha de apostolis<sup>8</sup> [Philippo et Jacobo]<sup>9</sup> : solennis memoria de dominica et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 3. et 4. feriis. Ad 2. vespas ascensionis fiat memoria sub silentio de S. Johanne apostolo, cum pleno servitio in crastino.

Sabbato de S. Johanne Beverlaco episcopo et confessore, omnia de communi. Ad 2. vespas que erunt de S. Johanne memoria de ascensione et nichil de dominica neque processio.

2. **B.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 2. et 3. feriis et *R̄*. de 4. feria pretermittantur. Missa de jejunio dicitur in processione.

Feria 3. de S. Maria.

3. **B.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 3. et 4. feriis et *R̄*. *Dicant nunc.* pretermittitur.

Feria 5. de ascensione et nichil de S. Potentiana : et festum S. Dunstani differatur in crastinum. Ad 2. vespas de ascensione fiat memoria sub silentio de S. Dunstano.

4. **B.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de feria cum *R̄*. de 4. feria et *R̄*. *Dicant nunc.* pretermittitur.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 4. de S. Aldelmo. Ad 1. vespas fiat memoria de S. Urbano et de resurrectione. Ad matutinas fiat memoria de sancto et de jejunio tantum. Ad vespas ascensionis fiat memoria sub silentio de S. Aldelmo.

Feria 5. de ascensione. Ad 2. vespas solennis memoria de S. Augustino cum pleno servitio in crastino et solennis memoria de octava ascensionis.

5. **B.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.  
Feria 2. et 4. de feria cum *R̄.* de 3. et 4. feriis.  
Feria 3. de S. Maria et memoria de S. Petronilla et de resurrectione.  
Feria 4. nichil fiat de sancto nisi memoria ad vespervas et ad matutinas de S. Maria, et *R̄.* *Dicant nunc.* pretermittitur.
1. **C.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 1. vespervas que erunt de apostolis [Philippo et Jacobo]<sup>10</sup> fiat sollemnis memoria de dominica et processio. Ad 2. vespervas que erunt de cruce fiat sollemnis memoria de martyribus [Alexandra Eventio et Theodulio],<sup>11</sup> de dominica et processio : nulla memoria de resurrectione.  
Feria 2. de cruce, ad matutinas fiat sollemnis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio]<sup>12</sup> et de jejuniis tantum et missa de jejuniis dicitur in processione. Ad 2. vespervas sollemnis memoria de S. Maria cum ant. *Sub tuam.*  
Feria 3. de S. Maria.  
Feria 4. de feria cum *R̄.* de 3. feria et *R̄.* de 4. feria pretermittantur. Missa dominicalis in processione.  
Feria 5. de ascensione et festum S. Johannis evangeliste differatur usque in sabbatum. Ad 2. vespervas de ascensione fiat memoria de S. Johanne Beverlaco sub silentio cum pleno servitio in crastino, omnia de communi.
2. **C.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 2. vespervas de dominica nichil de martyribus [Gordiano et Epimacho]<sup>13</sup> nisi memoria ad vespervas et ad matutinas de S. Maria sed memoria de resurrectione sollemniter.  
Feria 2. et 4. de feria cum *R̄.* de 2. et 3. feriis et *R̄.* de 4. feria pretermittantur.  
Feria 3. de S. Maria.
3. **C.** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.  
Feria 2. de feria cum *R̄.* de 3. feria.  
Feria 3. de S. Maria et *R̄.* de 4. feria pretermittantur.  
Feria 4. de S. Dunstano : ad matutinas memoria de S. Potentiana et de vigilia tantum : et nulla fiat memoria de resurrectione. Ad 1. vespervas de ascensione fiat memoria de S. Dunstano sub silentio.
4. **C.** **¶** Dominica 5. post pascha in laudibus omnes antiphone dicuntur.  
Feria 2. de feria cum *R̄.* de 4. feria et missa dominicalis dicitur in processione.  
Feria 3. et 4. de sanctis [Aldelmo et Augustino].<sup>14</sup> In 4. feria ad matutinas fiat

solennis memoria de jejunio et non de resurrectione, et missa de vigilia dicitur in processione. Ad 1. vespas de ascensione fiat solennis memoria de S. Augustino.

5. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur : nichil fiat de S. Petronilla, neque de martyribus [Marcellino et Petro]<sup>15</sup> in 4. feria, nisi memoria ad vespas et ad matutinas de S. Maria.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 2. et 3. feriis et *R̄*. de 4. feria pretermittantur.

Feria 3. de S. Maria et memoria de sancto [Nichomede]<sup>16</sup> et de resurrectione.

1. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. Ad 1. vespas de S. Marco fiat solennis memoria de dominica et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 3. et 4. feriis.

Feria 3. de S. Vitale cum regimine chori et memoria de resurrectione.

Feria 5. de ascensione. Ad 2. vespas fiat solennis memoria de apostolis [Philippo et Jacobo] cum pleno servitio in crastino.

2. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de cruce. Ad 1. vespas solennis memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio],<sup>17</sup> de dominica et processio : nulla fiat memoria de resurrectione.

Feria 2. de feria cum *R̄*. de 3. feria et *R̄*. 4. ferie pretermittantur.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 4. de apostolo [Johanne ante portam Latinam].<sup>18</sup> Ad matutinas fiat memoria de vigilia tantum.

Feria 5. de ascensione. Ad 1. vespas fiat memoria sub silentio de apostolo. Ad 2. vespas fiat memoria sub silentio de S. Johanne Beverlaco episcopo et confessore.

Feria 6. de S. Johanne Beverlaco, omnia de communi.

3. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica et memoria de martyribus [Gordiano et Epimacho]<sup>19</sup> et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 3. et 4. feriis et *R̄*. *Dicant nunc.* pretermittatur.

Feria 3. de S. Maria et memoria de martyribus [Nereo Achilleo et Pancratio]<sup>20</sup> et de resurrectione.

4. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica, et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de feria cum *R̄*. de 4. feria et in 4. feria dicuntur *R̄*. de 2. feria cum *R̄*. *Dicant nunc.*

5. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de S. Aldelmo et memoria de sancto [Urbano],<sup>21</sup> de jejunio et de resurrectione. Ad missam non fiat memoria de jejunio sed missa de jejunio dicatur in processione. Ad vespervas que erunt de S. Augustino fiat memoria de S. Aldelmo cum ant. *Lux perpétua.* major, et de resurrectione.

Feria 4. de vigilia cum R̄. de 4. feria et R̄. *Dicant nunc.* pretermittatur.

1. ☉. ☩ Dominica 5. de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur. 2. vespere erunt de S. Vitale : et memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. ad matutinas de sancto [Vitale]<sup>22</sup> fiat memoria de jejunio et de resurrectione : missa de jejunio dicitur in processione in 2. feria.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 4. de vigilia cum R̄. de 3. feria.

2. ☉. ☩ Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 1. vespervas que erunt de cruce fiat sollemnis memoria de Dominica, nulla memoria de resurrectione nec processio.

Feria 2. de feria cum R̄. de 2. feria et R̄. de 3. et 4. feriis pretermittantur.

Feria 3. et 4. de sanctis [Johanne apostolo ante portam Latinam et Johanne de Beverlaco episcopo].<sup>23</sup>

Feria 4. ad matutinas fiat memoria de jejunio et nulla memoria de resurrectione et missa de vigilia dicitur in processione. Ad 1. vespervas de ascensione fiat memoria sub silentio de S. Johanne episcopo.

3. ☉. ☩ Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum R̄. de 3. et 4. feriis et nichil de sanctis [Nereo, Achilleo et Pancratio]<sup>24</sup> nisi ad vespervas et ad matutinas de S. Maria.

Feria 3. de S. Maria.

4. ☉. ☩ Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur et vespere erunt de S. Dunstano et memoria de S. Potentiana : de dominica et de resurrectione.

Feria 2. ad matutinas memoria de virgine [Potentiana],<sup>25</sup> de jejunio et de resurrectione, missa de jejunio dicitur in processione.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 4. de feria cum R̄. de 4. feria.

5. ☉. ☩ Dominica 5. post pascha de dominica. Ad matutinas fiat memoria de S. Urbano cum ant. *Lux perpétua.* minor et de resurrectione. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 1. vespervas memoria de S. Urbano cum ant. *Filie Hierúsalem.*

processio, et festum S. Aldelmi differatur usque in 3. feriam.

Feria 2. ad matutinas de S. Augustino fiat solennis memoria de jejunio deinde de resurrectione. Missa de jejunio dicitur in processione. Ad 2. vespas S. Augustini [143v.] fiat solennis memoria de S. Aldelmo et de resurrectione.

Feria 4. de vigilia cum R̄. de 4. feria et nichil de sancto [Germano]<sup>26</sup> nisi memoria ad vespas et matutinas de S. Maria.

1. **¶** **¶** Dominica 5.<sup>27</sup> post pascha de dominica et festum S. Vitalis differatur in crastinum. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de S. Vitale, memoria de jejunio et de resurrectione. Missa de jejunio in processione dicitur.

Feria 3. de S. Maria et missa dominicalis dicitur in processione.

Feria 4. de apostolis [Philippo et Jacobo].<sup>28</sup> Ad matutinas fiat solennis memoria de jejunio sed non de resurrectione. Missa de vigilia dicitur in processione. Ad 1. vespas de ascensione fiat solennis memoria de apostolis.

Feria 5. de ascensione. Ad 2. vespas de ascensione fiat solennis memoria de cruce, procedendo ad crucem antiphona *O crux gloriósa*. In redeundo antiphona de S. Maria cum oratione *Concéde quésumus*. nulla memoria de martyribus [Alexandro Eventio et Thoodulio]<sup>29</sup> ad vespas.

Feria 6. de cruce et solennis memoria de martyribus [Alexandro &c.]<sup>30</sup> et de octava.

2. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de apostolo [Johanne ante portam Latinam]<sup>31</sup> : et memoria de jejunio et missa de jejunio dicitur in processione.

Feria 3. de S. Johanne Beverlaco, omnia de communi.

Feria 4. de vigilia : R̄. de 3. feria et R̄. de 4. feria pretermittantur. Missa dominicalis dicitur in processione in 4. feria.

3. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica et memoria de martyribus [Nereo Achilleo et Pancratio]<sup>32</sup> et processio. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum R̄. de 2. et 3. feriis et R̄. de 4. feria pretermittantur.

Feria 3. de S. Maria.

4. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur et memoria de S. Potentiana et de resurrectione. 2. vespere erunt de S. Dunstano et memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de S. Dunstano et memoria de jejunio et de resurrectione. Missa de



jejunio dicitur in processione.

Feria 3. de S. Maria.

Feria 4. de vigilia cum *R̄*. de 2. feria et cum *R̄*. *Dicant nunc.*

5. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de S. Augustino. Ad 1. vespervas fiat solennis memoria de S. Aldelmo, de dominica, et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 4. feria, in 2. et in 4. feriis dicuntur *R̄*. de 2. feria cum *R̄*. *Dicant nunc.*

1. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 1. vespervas fiat solennis memoria de S. Vitale : et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 2. et 3. feriis et *R̄*. de 4. feria pretermittantur.

Feria 5. de ascensione et nichil de martyribus [Alexandro Eventio et Theodulio].<sup>33</sup> Ad 2. vespervas procedat processio ante crucem cum antiphona *O crux gloriósa*. In redeundo de S. Maria cum oratione *Concéde quésumus*.

Feria 6. de cruce et memoria de ascensione.

2. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur et festum S. Johannis differatur usque in 3. feriam. 2. vespere erunt de S. Johanne Beverlaco et memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de S. Johanne Beverlaco episcopo : omnia de communi et memoria de jejunio et de resurrectione. Missa de jejunio dicitur in processione. Ad vespervas de apostolo [Johanne ante port. Lat.]<sup>34</sup> memoria de S. Johanne episcopo cum ant. *Fílie Hierúsalem*. *¶. Gaudéte*.

Feria 3. de apostolo [Johanne],<sup>35</sup> memoria de resurrectione.

Feria 4. de feria cum *R̄*. de 3. feria et *R̄*. de 4. feria pretermittantur : et missa dominicalis dicitur in processione.

Feria 5. de ascensione et nichil de martyribus [Gordiano et Epimacho].

3. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria cum *R̄*. de 3. et 4. feriis.

Feria 3. de S. Maria et *R̄*. *Dicant nunc*. pretermittatur.

4. **¶** **¶** Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. et 4. de feria. In 2. feria dicuntur *R̄*. de 4. feria et in 4. feria dicuntur *R̄*. de 2. feria cum *R̄*. *Dicant nunc*.

Feria 5. de ascensione. Ad 2. vespervas fiat memoria de sanctis [Aldelmo atque Urbano]<sup>36</sup> sub silentio.

Feria 3. de S. Maria.

5. ⑤. ㊦ Dominica 5. post pascha de dominica. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Ad 1. vespere que erunt de festo [S. Augustini Anglorum apostoli]<sup>37</sup> fiat solennis memoria de dominica et processio.

Feria 2. et 4. de feria cum R̄. de 3. et 4. feriis et nichil de S. Germane nisi memoria ad vespere et ad matutinas de S. Maria.

## ¶ *Dominica v.*

*Ad primas vespervas omnia fiant sicut in octavis pasche usque ad antiphonam super psalmum Magnificat. que erit ant. Magna et mirabilia. ut supra in dominica proxima precedente super psalmum Magnificat. 1421. Sequatur*

*Oratio.*

**D**Eus a quo bona cuncta procedunt : largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante que recta

sunt, et te gubernante eadem faciamus. Per Dóminum.

¶ *Processio fiat ut supra. 1385. In redeundo dicatur aliqua antiphona de sancta Maria per ordinem ut supra. 1386.*

## ¶ *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, et psalmi, et V. ut supra in dominica secunda post pascha. 1386.*

*Lectio j. [Evangelium]<sup>38</sup> Secundum Johannem. xvj. (23-30.)*



**I**N illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis, Amen Amen dico vobis, Si quid petieritis Patrem in nómine meo :

dabit vobis. Et reliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

*(7. Secundi libri.)<sup>39</sup>*

**P**Otest infirmos movere auditores, quomodo in capite lectionis hujus Evángelice discipulis Salvátor promittat, Si quid inquiring petieritis Patrem in nómine meo dabit vobis, cum non solum nostri símiles multa

que Patrem in Christi nómine vidéntur petere non accípiant : verum étiam ipse apóstolus Paulus tertio Dóminum rogáverit, ut a se ángelus Sáthane a quo tribulabátur abscéderet, nec impetráre potúerit. Sed hujus mótio questiónis antíqua jam patrum explanatióne sereráta<sup>40</sup> est : qui veráciter intellexérunt eos solum in nómine Salvátoris petere, qui ea que ad perpétuam salútem pértinent petunt. Ideóque Apóstolum non nómine Salvátoris petísse dicunt, ut tentatióne caréret, quam ob custódiam humilitátis accéperat : quia si hac caruísset, salvus esse non potu-

isset, ipso affirmante cum ait, Et ne magnitudo revelationum extollat me :

datum est michi stimulus carnis mee angelus Sathane qui me colaphizet.

*R. sicut in dominica precedente. 1422.*

*Lectio ij.*

**Q**uotiescunque ergo petentes non exaudimur, ideo fit quia vel contra auxilium salutis nostre petimus : ac propterea a misericordie Patre beneficii gratia nobis quod inepte petimus negatur, quod eidem Apostolo contigisse probatur : cui ter petenti responsum est sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vel utilia quidem et que ad veram salutem pertinent petimus,

sed ipsi male vivendo auditum a nobis justis iudicis advertimus : incidentes in illud Salomonis, Qui advertit aurem [144r.] suam ne audiat legem : oratio ejus erit execrabilis. Vel dum pro peccantibus quibusdam ut resipiscant oramus, et si salubriter petimus atque ex nostro merito digni sumus auditu : ipsorum tamen perversitas ne impetremus obsistit. Tu autem Domine.

*Lectio tertia.*

**F**it etiam aliquando ut salutaria prorsus et precibus sollicitis et devotis queramus actionibus nec tamen statim que petimus obtineamus : sed in futurum petitionis nostre differatur effectus. Sicut cum genibus flexis quotidie rogamus Patrem dicentes, Adveniat regnum tuum : idem tamen regnum non mox oratione finita, sed congruo tempore sumus accepturi. Quod pia provisione nostri Conditoris constat actitari : ut videlicet desideria nostre devotionis dilatione crescant : et incremento quotidiano magis magisque provecta, tandem perfectius capiant gaudia que

requirunt. Inter que notandum, quia cum pro peccantibus oramus, et si eorum salvationem impetrare nequimus : nequaquam tamen fructu precis nostre privamur. Quia et si illi non sunt digni salvari : nos tamen amoris quem illis impendimus, mercede donabimur. Sicque in tali quoque petitione impleretur nobis illa Domini promissio qua ait, Si quid petieritis Patrem in nomine meo : dabit vobis. Intuendum enim quia non ait simpliciter dabit : sed dabit inquit vobis. Quia et si non eis pro quibus petimus dabit : nobis tamen cum pro aliorum erratibus misericorditer inter-

vénimus, prémium nostre benignitátis | restítuet.

*Ante laudes.*

Ÿ. In resurrectione tua Christe. 1248.

¶ *In laudibus.*

*Ant.* Angelus autem. et alie antiphone que sequuntur : cum suis psalmis hac die dicuntur. 1248.

*Capitulum.* (Jacobi j. 22.)


Stóte factóres verbi et non  
auditóres tantum falléntes vos-  
metípsos : quia si quis audítor est  
verbi et non factor, hic comparábitur  
viro consideránti vultum nativitátis  
sue in spéculo.

*Hymnus.* Sermóne blando. 1333.

Ÿ. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1240.

AS:265; 1519:246v; 1531:144r.

5248. Ant.  
II.i.



Sque modo \* non pe-tis-tis quicquam : pé-ti-te  
et ac-ci-pi-é-tis al-le-lú-ya. Ps. Benedictus. 54\*.

*Oratio.* Deus a quo bona cuncta procedunt. 1448.

*Memoria de resurrectione fiat ut supra.* 1335.

¶ *Ad primam.*

*Ant.* Angelus autem. 1248.

*Ps.* Deus in nómine tuo. (liij.) [95]. et ceteri psalmi.

*Ant.* Te jure laudant. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

¶ *Ad tertiam.*

*Capitulum.* Estóte factóres verbi. 1450.

¶ *Ad sextam.*

*Capitulum.* (Jacobi j. 25.)

¶ Qui autem perspéxerit in lege  
perfecte libertátis, et permán-  
serit in ea, non audítor obliuiscus

factus sed factor óperis : hic beátus in  
facto suo erit.

¶ *Ad nonam.*

*Capitulum.* (Jacobi j. 27.)

¶ Eligio munda et immaculáta  
apud Deum Patrem hec est,  
visitáre pupíllas et víduas in

tribulatióne eórum : et immaculátum  
se custódire ab hoc século.

¶ *Ad secundas vespervas.*

*Super psalmos antiphona Allelúya. iiij. 1339.*

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. [et ceteri psalmi dominicales.]*

*Capitulum.* Estóte factóres verbi. 1450.

*Hymnus.* Ad cenam Agni. 1340.


*Versus.* Mane nobíscum Dómine. 1324.

AS:265; 1519:246v; 1531:144r.

Ant.  
VIII.i.



E-ti-te \* et ac-ci-pi- é-tis : ut gáudi- um vestrum



ple-num sit, ipse e-nim Pa-ter amat vos qui- a vos me

4279.

Dominica v. post pascha.

---



amás-tis et cre-di-dís-tis al-le-lú-ya. *Ps. Magnificat.* 69\*.

*Oratio ut supra.* 1448.

*Si vero festum simplex cum regimine chori hac die contigerit differatur usque ad proximam feriam vacantem ut supra dictum est in octavis pasche. Si festum sancti Aldelmi hac die contigerit differatur usque ad tertiam feriam vacantem : et tunc nulla commemoratio beate Marie fiet in hac ebdomada [: nisi de festo loci].<sup>41</sup> Et quando festum sic differtur : tunc fiet memoria in dominica de sancto Urbano ad j. vespervas et ad missam : et sic de consimilibus.*

## ¶ *Feria secunda in rogationibus.*

### *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi et V̇. illius ferie ut supra dicuntur. 1385.*

*Evangelium. Secundum Lucam, xj. (5-13.)*



**I**N illo tēmpore, Dixit Jesus discipulis suis, Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum média nocte et dicet illi : Amice, cōmmoda michi tres panes : quoniam amicus meus venit de via ad me : et non habeo quod ponam ante illum. Et reliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.  
(Super Lucam, libro 3. cap. 46.)<sup>42</sup>*

**R**ogatus a discipulis Salvator non modo formam orationis sed instantiam frequentiamque tradidit orandi. Amicus ergo ad quem media nocte venit : ipse Deus intelligitur, [144v.] cui in media tribulatione supplicare et tres panes, id est intelligentiam Trinitatis, qua presentis vite consolentur labores, efflagitare debemus. Amicus qui venit de via : ipse noster est animus. Qui totiens a nobis recedit : quotiens ad appetenda terrena et temporalia foris vagatur. Tu autem Domine.

*Responsoria [Narrabo. Ṙ. In toto. Ṙ. In ecclésiis.]<sup>43</sup> sicut in feria ij. ebdomade precedentis. 1429.*

*Lectio secunda.*

**R**edit vero, celestique alimonia refici desiderat : cum in se reversus superna ceperit ac spirituاليا meditari. De quo pulchre qui petierat adjungit : non se habere quod ponat ante illum. Quoniam anime post seculi tenebras Deum suspiranti : nichil preter eum cogitare, nichil loqui, nichil libet intueri. Solum quod

recognovit summe Trinitatis gaudium contemplari : atque ad hoc plenius intuendum pervenire satagit. Et ille de intus dicat, Noli michi molestus esse, jam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili : non possum surgere et dare tibi. Ostium amici, divini est intelligentia sermonis : quod sibi Apóstolus orat aperiri ad



loquéndum mystéria Christi. Clausúmque est témpore famis verbi : cum intelligéntia non datur. Et illi qui evangélicam sapiéntiam tanquam

panem erogántes per orbem terre predicavérunt : púeri patrisfamílias jam sunt in secréta quiéte cum Dómino.

*Lectio tertia.*

**E**T tamen orándo efficitur, ut accípiat desíderans intelléctum ab ipso Deo : étiam si homo desit per quem sapiéntia predicétur. Et ille si<sup>44</sup> perseveráverit pulsans : dico vobis, et si non dabit illi surgens eo quod amícus ejus sit, propter improbitátem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico, Pétite et dábitur vobis. Querite et inveniétis. Pulsáte et

aperiétur vobis. Comparátio est a minóre. Si ergo amícus homo surgit a lecto, et dat, non amicitia sed tédio compúlsus : quanto magis dat Deus qui sine tédio largíssime donat quod pétitur ? Dóminus enim et Salvátor noster ad celéstis regni gáudia pervenire nos desíderans : et nos éadem gáudia a se péttere dócuit, et nobis peténtibus se hec datúrum esse promísit.

*Si autem hec predicta responsoria in precedente ebdomada dicta fuerint et R̄. Hymnum cantáte. 1432. R̄. Deus cánticum novum. et R̄. Allelúya audívimus. dicta non fuerint : tunc hac die dicantur : quia non omittantur.*

**¶ Ad laudes.**

*Capitulum. (Jacobi v. 16.)*

**C**onfitémini alterútrum peccáta vestra, et oráte pro ívicem ut

salvémini : multum enim valet deprecátio justí assídua.


*Hoc capitulum dicatur ad has matutinas tantum.*

AS:265; 1519:246v; 1531:144v.<sup>45</sup>


4280.



Ant.  
I.v.



E-ti-te \* et dá-bi-tur vo-bis : qué-ri-te et



inve-ni- é-tis : pulsá-te et a-pe-ri- é-tur vo-bis al-le-  
lú-ya. Ps. Benedíctus. 52\*.

*Oratio.*

**R**esta quésumus omnipotens  
Deus : ut qui in afflictiónē nos-  
tra de tua pietáte confidimus, contra

ómnia advérsa tua semper protectióne  
muniámur. Per Dóminum.

*Hec oratio dicatur ad has matutinas tantum. Ad omnes vero alias horas : capitula et orationes<sup>46</sup> de dominica dicuntur.*

*[Memoria de cruce et de sancta Maria et de omnibus sanctis.]<sup>47</sup>*

**¶** *Si aliquod festum sine regimine chori hac die vel in vigilia ascensionis Domini contigerit : nichil fiat de festo [nisi tantum memoria ad vespéras et ad matutinas de sancta Maria que precedet memoriám de sancto spiritu ut supra dictum est].<sup>48</sup> Feria ij. et iiij. in rogationibus totum fiat servitium de feria : si a festo cum regimine chori vacaverit, et in hac ebdomada nihil fiet de commemoratione festi loci : nisi festum loci fuerit de S. Maria.<sup>49</sup>*

*Si autem<sup>50</sup> festum cum regimine chori in hac ij. feria contigerit : totum fiet servitium de festo : et memoria de jejunió ad matutinas tantum [ante memoriám de resurrectione, nisi festum iiij. lectionum adjunctum fuerit, tunc primo fiat memoria de festo postea de feria et de resurrectione in vigiliám ascensionis Domini]<sup>51</sup> et expositio Evangelii scilicet Quis vestrum habébit. eo anno omnino pretermittatur : et post vj.<sup>52</sup> dicatur missa in choro de festo cum regimine chori. Missa vero de jejunió et processio post ix. more solito dicantur.*

*Hac die erunt vespere de sancta Maria cum pleno servitio in crastino : si a festo cum regimine chori vacaverit, et nulla memoria de feria : sed de aliquo sancto trium lectionum si habeatur et de resurrectione more solito.*

*Et si festum cum regimine chori in iij. feria venerit : tunc nulla die per hanc ebdomadam fiat plenum servitium de sancta Maria.*

## ¶ *Feria iij.*

*Ad vesperas.*

AS:266; 1519:247r; 1531:144v.<sup>53</sup>

2530. Ant.  
VIII.i.



**C**C-ce nunc \* pa-lam loqué-ris, et pro-vérbi-um  
nul-lum di-cis : nunc sci-mus qui- a scis ómni- a et  
non est opus ti-bi ut quis te in-térro-get al-le-lú-ya.

*Ps. Magnificat. 69\*.*

*Oratio dominicalis. 1448.*

## ¶ *Feria iiij. in vigilia ascensionis Domini.*

### *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphona et psalmi illius ferie ut supra. 1395.*

℣. Surréxit Dóminus vere. 1253.

[*Evangelium*]<sup>54</sup> *Secundum Johannem, xvij. capi. (1-11.)* [*Lectio j.*]

[145r.]



**I**N illo tē-  
pore, Suble-  
vátis Jesus óculis  
in celum, dixit,  
Pater venit hora :  
clarífica Fílium  
tuum, ut Fílius

tuus claríficet te. Et réliqua.

*Sermo ex commentario  
beati Augustini episcopi.*

(*Super Johannem, Tract. 105.*)<sup>55</sup>

**C**larificátum a Patre Fílium  
secúndum fórmam servi, quem  
Pater suscitávit a mórtuis, et ad suam  
déteram collocávit : res ipsa índicat,

℣. Hymnum cantáte. 1432.

### *Lectio secunda.*

**H**oc autem quia per evangélium  
Christi factum est, ut per Fílium  
Pater innotésceret géntibus : profécto  
Patrem clarificávit et Fílius. Si autem  
tantúmmodo mórtuus fuisset Fílius  
nec resurrexisset : proculdúbio nec a  
Patre clarificátus esset, nec Patrem  
clarificásset. Nunc autem resurrec-

et nullus ámbigit Christiánus. Sed  
quóniam non tantum dixit, Pater  
clarífica Fílium tuum, sed áddidit  
étiam, ut Fílius tuus claríficet te :  
mérito quéritur quómodo Patrem  
clarificáverit Fílius, cum sempitérna  
cláritas Patris nec diminúta fúerit in  
forma humana, nec augéri potúerit in  
sua perfectióne divína, sed in seípse  
cláritas Patris nec augéri nec mínui  
potest. Apud hómines autem procul-  
dúbio minor erat : quando in Judéa  
tantúmmodo Deus notus erat, nec-  
dum a solis ortu usque ad occásus  
laudábant púeri nomen Dómini. Tu.

tióné clarificátus a Patre : resurrec-  
tiónis sue predicatióne clarificat  
Patrem. Hoc quippe apérit ordo ipse  
verbórum. Clarífica inquit Fílium  
tuum : ut Fílius tuus claríficet te.  
Tanquam diceret, Resúscita me : ut  
innotéscas toti orbi per me. Deínde  
magis magisque pandens quómodo

clarificet Patrem Fílius, sicut dedísti ei inquit potestátem omnis carnis : ut omne quod dedísti ei det eis vitam etérnam. Omnem carnem dixit omnem hóminem, a parte totum significans : quemádmódu rursus a parte superiori significátur homo

totus, ubi ait Apóstolus, Omnis ánima potestátibus superioribus<sup>56</sup> súbdita sit. Quid enim dixit omnis ánima, nisi omnis homo ? Hoc autem quod potéstas Christo a Patre data est omnis carnis : secúndum hóminem intelligéndum est. Tu autem Dómine.

*R.* Deus cánticum. 1433.

*Lectio tertia.*

**S**icut ergo dedísti ei potestátem inquit omnis carnis, ita te clarificet Fílius : id est notum te fáciat omni carni quam dedísti ei. Sic enim dedísti : ut omne quod dedísti ei det eis vitam etérnam. Hec est autem vita etérna (inquit) ut cognóscant te solum verum Deum : et quem misísti Jesum Christum. Ordo verbórum est : ut te et quem misísti Jesum Christum cognóscant solum verum Deum. Consequénter autem et Spíritus Sanctus intelligitur : quia Spíritus est Patris et Fílii, tanquam cháritas substantiális et consubstantiális ambórum. Quóniam non duo dii

Pater et Fílius, nec tres dii Pater et Fílius et Spíritus Sanctus : sed ipsa Trínitas unus solus verus Deus. Nec idem tamen Pater qui Fílius, nec idem Fílius qui Pater, nec idem Spiritussánctus qui Pater aut Fílius : quóniam tres sunt, Pater et Fílius, et Spiritussánctus, sed ipsa Trínitas est unus Deus. Ego te clarificávi super terram : opus consummávi quod dedísti michi ut fáciam. Non ait jussísti : sed dedísti, ubi commendátur évidens grátia. Quid enim habet quod non accépit, étiam in Unigénito humana nátura ? Tu autem Dómine.


*R.* Allelúya audívimus. 1434. *Require hec tria responsoria in precedenti ebdomada.*

*Si hec tria responsoria in precedenti ebdomada dicta fuerint : et R. Dicant nunc. dictum non fuerit, tunc fit tertium R. hac die Dicant nunc. 1459. Si autem omnia responsoria ferialia in precedente ebdomada et feria ij. rogationum dicta non fuerint : tunc responsorium Dicant nunc. eo anno omnino pretermittatur : quia hoc responsorium Dicant nunc. non dicitur antequam omnia responsoria ferialia dicta fuerint.*

*Quod si festum cum regimine chori in secunda feria rogationum celebratum fuerit : tunc versus Resurréxit Dóminus. et R̃. Narrábo. 1429. R̃. In toto corde. et R̃. Bonum est.<sup>57</sup> hac die dicuntur : nisi responsorium Deduc. 1436. R̃. Cantáte. et R̃. In ecclésiis.<sup>58</sup> in ebdomada precedenti non fuerint cantata, tunc in hac die cantentur, quia non omittuntur, &c. [Si hec omnia responsoria ferialia in precedenti ebdomada et in feria rogationum cantata fuerint : tunc hac die sit tertium responsorium.]<sup>59</sup>*

AS:264; 1519:247v; 1531:145r.<sup>60</sup>


Resp.  
VII.




6438.

I-cant nunc \* qui re- démpti sunt al-le-

[145v.]




lú- ya. †A Dó-mi- no. ‡Al-le- lú- ya.



6438a.

℣. Quos re-dé- mit de ma-nu i-nimí- ci : de re-gi-ó-



ni-bus congre- gá- vit e- os. †A Dó-mi- no.

℣. Glória Patri. 95\*. ‡Allelúya.

### ¶ In laudibus.

Capitulum. (Actuum iv. 32.)


**M**ultitúdinis credéntium erat cor  
unum et ánima una, nec  
quisquam eórum que possidébat áli-

quid suum esse dicébat : sed erant illis  
ómnia commúnia.

Hymnus et ℣. ut supra in dominica precedente. 1450.

AS:266; 1519:247v; 1531:145v.<sup>61</sup>

1826. Ant.  
Li.



La-rí-fi-ca me Pa-ter \* a-pud teme-típsum cla-ri-ta-te quam há-bu-i pri-úsquam mundus fí-e-ret al-le-lú-ya. Ps. Benedíctus. 52\*.

*Oratio.*

**R**esta quésumus omnipotens Deus,<sup>62</sup> ut nostre mentis intenciónis quo Unigénitus tuus Dóminus noster, ventúre solennitátis gloriósus

auctor ingrèssus est semper inténdat : et quo fide pergit, conversatióne pervéniat. Per eúndem.

*Nulla fiat memoria de cruce ad has matutinas nec ab hinc usque ad inceptiorem hystorie Deus ómnium.*

*Memoria fiat de sancta Maria, cum antiphona Paradísi porta. 1354.*

*℟. Post partum. [188].*

*Oratio. Famulórum tuórum quésumus. [191].*

*Vel oratio. Omnipotens sempitérne Deus nos fámulos tuos. [191].*

*Deinceps non dicatur oratio Grátiam tuam. usque ad adventum Domini sed in loco eius tam ad completorium de sancta Maria quam ad processionem dicetur oratio Concède quésumus miséricors Deus. 1726.*

*Deinde fiat memoria de omnibus sanctis cum antiphona Sancti tui. 1354. [Vel ant. Sancti et justi.]<sup>63</sup> 1355.*

*℟. Vox leticie et exultatiónis. 1355.*

*Oratio.* Infirmi<sup>ta</sup>tem nostram. [192].

*Vel oratio.* Vide D<sup>o</sup>mine infirmi<sup>ta</sup>tes. *ut infra post hystoriam* Deus <sup>o</sup>mnium. [192].

[*Nulla fiet memoria de sancta cruce ad has matutinas, nec abhinc usque ad Deus <sup>o</sup>mnium. et tunc quando fit memoria de sancta Maria, vel de omnibus sanctis ad vespervas et ad matutinas vel etiam in commemoratione beate Marie.*]<sup>64</sup>

### ¶ *Ad iij.*

*Capitulum.* Multit<sup>u</sup>dinis cred<sup>e</sup>ntium. 1459.

### ¶ *Ad vj.*

*Capitulum.* (*Actuum iv. 33.*)

<b>V</b> irtute magna redd <sup>e</sup> bant ap <sup>o</sup> stoli testimoni <sup>u</sup> m resurrectionis D <sup>o</sup> -	mini nostri Jesu Christi : et gr <sup>a</sup> tia magna erat in <sup>o</sup> mnibus illis.
--	---

### ¶ *Ad ix.*

*Capitulum.* (*Actuum iv. 34.*)

<b>Q</b> uotquot possess <sup>o</sup> res agr <sup>o</sup> rum aut dom <sup>o</sup> rum erant : vendentes affer <sup>e</sup> bant precia e <sup>o</sup> rum que ven-	debantur, et pon <sup>e</sup> bant ante pedes apostolorum : dividebatur autem sin- gulis, prout cuique opus erat.
--	---

¶ *Si autem aliquod festum cum regimine chori in hac vigilia evenerit non differatur, sed ad matutinas de festo tantum fiat memoria de vigilia : tamen ad primas vespervas nulla fiat memoria de vigilia, missa vero de festo post sextam<sup>65</sup> dicatur in choro : et missa de vigilia ad processio dicatur : ubi fiat statio.*



Notes, pages 1440-1461.

- <sup>1</sup> SB:dccccxxiii.  
<sup>2</sup> SB:dccccxxiii.  
<sup>3</sup> SB:dccccxxiii.  
<sup>4</sup> SB:dccccxxiii.  
<sup>5</sup> SB:dccccxxiii.  
<sup>6</sup> SB:dccccxxv.  
<sup>7</sup> SB:dccccxxv.  
<sup>8</sup> 'de apostolo.' *Chevallon.* [SB:dccccxxv.]  
<sup>9</sup> SB:dccccxxv.  
<sup>10</sup> SB:dccccxxvii.  
<sup>11</sup> SB:dccccxxvii.  
<sup>12</sup> SB:dccccxxvii.  
<sup>13</sup> SB:dccccxxvii.  
<sup>14</sup> SB:dccccxxvii.  
<sup>15</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>16</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>17</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>18</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>19</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>20</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>21</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>22</sup> SB:dccccxxix.  
<sup>23</sup> SB:dccccxli.  
<sup>24</sup> SB:dccccxli.  
<sup>25</sup> SB:dccccxli.  
<sup>26</sup> SB:dccccxli.  
<sup>27</sup> 'Do. 3.' *Chevallon.* [SB:dccccxli.]  
<sup>28</sup> SB:dccccxli.  
<sup>29</sup> SB:dccccxli.  
<sup>30</sup> SB:dccccxlili.  
<sup>31</sup> SB:dccccxlili.  
<sup>32</sup> SB:dccccxlili.  
<sup>33</sup> SB:dccccxlili.  
<sup>34</sup> SB:dccccxlili.  
<sup>35</sup> SB:dccccxlili.  
<sup>36</sup> SB:dccccxlv.  
<sup>37</sup> SB:dccccxlv.  
<sup>38</sup> 1519:246r.

- <sup>39</sup> *Bede* Homilie Estivales de Tempore, *Opera* VII. 22. [SBdccccxvi.] In 1519:246r. the incipit is 'Potest movére.'
- <sup>40</sup> 'serenata' *Chevallon*. [SB:dccccxlvii.]
- <sup>41</sup> 1519:246v.
- <sup>42</sup> *Bede* Hom. Estivales de Tempore, *Opera* VII. 26. [SB:dccccl.]
- <sup>43</sup> 1519:246v.
- <sup>44</sup> 'si ille', *Vulgate*.
- <sup>45</sup> In 1519:246v. 'Pétite' is set D.CD.C. In BL-52359:172v. 'pulsáte' is set Fe.DD.C. In PEN:114v. 'pulsáte' is set Fe.D.C.
- <sup>46</sup> 'collecta', 1519:247r.
- <sup>47</sup> 1519:247r.
- <sup>48</sup> 1519:247r.
- <sup>49</sup> In the older sources Tuesday after the Fifth Sunday after Easter was observed as a feria, not as a Commemoration of St. Mary. See Appendix. **XX**.
- <sup>50</sup> 'aliquod', 1519:247r.
- <sup>51</sup> 1519:247r.
- <sup>52</sup> 'post tertiam', 1519:247r.
- <sup>53</sup> AS:266. has 'opus est', set C B.A. In 1519:247r. 'tibi' is set GAGf.GF.
- <sup>54</sup> 1519:247r.
- <sup>55</sup> *Augustini* super Johannem Tract, cv., *Opera* III. 2376. [SB:dccccliii.]
- <sup>56</sup> 'sublimióribus', *Vulgate*.
- <sup>57</sup> '℞. In ecclésiis.' 1519:247v. 1420.
- <sup>58</sup> '℞. Bonum est.' 1519:247v. 1427.
- <sup>59</sup> 1519:247v.
- <sup>60</sup> In 1519:247v. 'Dicant' is set A.CC; 'Dómino' is set DEED.DCDECCB.AG. AS:264. does not indicate the repetition at '†A Dómino'. In BL-52359:171v. 'nunc' may be set CE; 'A Dómino' is set D.DBDEED.DCDECCB.
- <sup>61</sup> In BL-52359:173v. 'fieret' is set D.D.D; 'allelúya' is omitted.
- <sup>62</sup> 'Pater', Sarum Missal.
- <sup>63</sup> 1519:248r.
- <sup>64</sup> 1519:248r.
- <sup>65</sup> 'post tertiam', 1519:248r.